



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo

Galeottus <Martius>

Basileae, 1517

Thorax

urn:nbn:de:hbz:466:1-31834

sedecim digiti faciunt pedem. Vncia uero est duodecima Pes.
pars pedis. Vncia igitur est digito maior tercia parte ipsius Vncia.
digiti. Vncia & ad pondus & mensuram sicut As, cuius ipsa As.
pars est, refertur. Iuuinalis,

Vnciolam Proculius habet segillo deutincem
Partes quifq; suas ad mensuram inguinis hæres.

THORAX

 Is igitur absolutis, ad id, unde dígressi sumus,
reuertamur. Collum insertum est corporis trun^{co}. Collum.
nam truncus sine pedibus & manibus acca-
pite græce thorax dicitur. Cornelius Celsus ter. Thorax.
tio. Sudor autem & supra consuetudinem & modo & tem-
pore ex toto thorace & ceruicibus, atq; etiā capite erumpit,
pedibus tantummodo & cruribus siccioribus atq; frigenti-
bus. Thorax dicitur huius trunci armatura & uestimentū.
sic enim fere armorum nomina omnia significant uestimen-
ta. Pro thorace ferreo, id est, trunci armatura. Vergilius,

Bis sexta thoraca petitum.

Statius libro Thebaidos,

Propugnat pectora thorax.

Pro uestimento, Iuuinalis.

Viridem thoraca iubebit

Afferri.

Et Suetonius posuit in uita Augusti, Hyeme quaternis cū
pingui toga tunicis & subucculæ thorace laneo, & femoralis-
bus, & tibialibus muniebat. quē quidem thoracem quidam
iuniores & imperiti diploidem nuncupant, cū diplois aliud Diplois.
sit. Nam Hieronymus in expositione illius uersus, Et ope-
riantur sicut diploide, confusione sua, sic ait, Diplois genus
f est pallij.

GALEOTTI MARTII NARN.

est pallij, deniq; in Hebræo cōmitra dicit. diplois igitur dici
tur, q̄ia duplex est pallium. & nō thorax, ut quidā putaue-
Manicæ runt. Et manicæ dicuntur, & ferreæ, & laneæ. Vergilius,
Ferreæ, Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.
Laneæ. Et hæc dicitur tunica manuleata. Plautus in pseudulo, His
Tunica tamen ab alijs manuleatam tunicam habere hominem de-
manu- leata. cet. Lucanus tertio,

Ast alios manicæq; ligant teretesq; catenæ,

Pro ferreis manicis. Sic & alia, sicut suo loco dicemus.

IVGVLVS



R VNCVM siue thoracē in anteriorē, posterio-
remq; partē distinguim⁹. & priorē nunc aggre-
diemur, de posteriori erit deinde sermo. Vbi
collum desinit, incipit iugulus, qui quasi lacunā
quādā efficit, quæ cædi obnoxia est plurimū. Lucan⁹ tertio,
Iugulumq; senilem

Confodiam.

Idem in septimo,

Pauidi num gessimus arma?

Teximus aut iugulos: alieni pœna timoris
In nostra ceruice sedet.

Iugulo. Hinc iugulo uerbum quod nō modo gladio, sed morbo oc-
cidere significat. Cornelius Celsus tertio, Nam quartana ne
minē iugulat. Et Martialis, Scelus est iugulare falernū.

Iugula. Iugula uero signi cælestis pars est, de qua sic Varro de origi-
ne linguae latinæ. Iugula signū qd' Accius appellat Oriona-
vit, citius Orion patefit. Huius signi caput ducitur ex tribus
stellis, quas infra duæ claræ, quas appellant humeros, inter
quas quod uidetur iugum, iugula dicta. Plautus in amphi-
tryone,